

debet esse pietatis: ubi non uoluntas, sed euentus mortis causa fuit. Si autem eos non latet ipsos eius esse inspectores, scire debent grauitate se deliquisse. Quod in arcuano cecilio comprobatur. Quodam autem triuino anno penitentiam horum iudicant esse debere, quorum unus ex his exigat in pane & aqua, atque se ab omni luxuria tempore penitentiae suae custodiat.

**l. x.**

Ex penit. romano.

**De illis feminis que abortum fecerunt.**  
**S**iqua mulier abortum fecerit uoluntarie, tribus annis penitet.

**INCIPIT CAPITULA  
 OCTAUI DECEMI LIBRI.**

- I.** **Q**uod ultima conuersio mente potius estimanda sit quam tempore.
- II.** **Q**uod omnis fidelis in ultimis positus, scissato oleo ungi debeant.
- III.** **D**e illis qui propter timorem mortis, in ipsa infirmitate confitentur peccata sua.
- IIII.** **D**e illis qui in necessitate tempore, & penitentiam & reconciliationem desiderant.
- V.** **D**e eadem re.
- VI.** **D**e illis qui ad extremum ueniunt, ut ultimo & necessario uatico minime prouent.
- VII.** **Q**uod penitentia possit adolere peccata, & iam si in ultimo spiritu uitae poenitet.
- VIII.** **D**e lapsis in ultimis positus, ut uatico

- minere si rogauerint eis debent subueniri.
- VIII.** **D**e illis infirmis qui dum penitentiam peruerunt, & ante quam sacerdos ueniat, officium oris amittunt.
- D**e eadem re.
- IX.** **D**e eadem re.
- X.** **D**e illis qui in ultima egritudine penitentia fuerunt, & max reconciliati fuerunt.
- XI.** **D**e illis qui in periculo constituti, ut episcopo consulto, presbiter eos reconciliat.
- XII.** **D**e infirmis in periculo mortis constitutis.
- XIII.** **D**e quodam qui christum negauerat, quomodo in extremis uatico liberatus est.
- XIV.** **U**t presbiteri de occultis peccatis, iussu episcopi penitentes reconcilient.
- XV.** **D**e penitentia si in ipsa penitentia decorum exegerit, & reconciliari desiderat.
- XVI.** **U**t quinta feria ante pascha penitentibus sit remittendum, ante autem si ad spirationem si infirmitas deuenerint.
- XVII.** **D**e illis qui in secula remitti peccata non credide.
- XVIII.** **Q**uod infirmis omni hora cibum sumere liceat.
- XIX.** **D**e illis sacerdotibus qui morientibus penitentiam denegauerunt.
- XX.** **Q**uod nulli ultima penitentia sit deneganda.
- XXI.** **D**e poenitentibus qui infirmitate eucharistiam acciperint.
- XXII.** **D**e penitentibus subito mortuis.
- XXIII.** **Q**uod ultima conuersio mente potius estimanda sit quam tempore.